

suum · uelut in locum aliquem destinatum · Multitudo decē miliū
scōrum est in ordinibus aecclesiasticis et in auditoribus eorum · sep
tem gradus sunt ordinatorum · octauus cantorum · nonus et decim⁹
auditorum utriusq; sexus · Mille additur · ad insinuandam perfec
tionem eorum · ueniente dn̄o · ducit secum prophetas sapientes et
scribas · hos in euangelio promisit se mittere ad inuitandū populū ·
Ecce ego inquit mittam ad uos prophetas · et sapientes · et scribas ·
et reliqua · Diacones in loco prophetarum sunt · qui adnuntiant
ex euangelio futuram uitam · Subdiaconi in loco sapientum · qui
sciunt ordinate uasa dn̄i disponere · et quod primum ferendū sit ·
qđq; posterius · Accoliti in loco scribarū sunt · qui accendunt corda fideliū
ex sacra scriptura · Portat in turribulo thimiama · quod significat corpus
xp̄i plenū odore bono · hoc enī corpus primo necesse ē predicari in om
nibus gentibus · Unde paulus dicebat ad rudes corinthios · Nihil me
iudicaui scire inter uos · nisi xp̄m ih̄m & hunc crucifixum · De infe
rantur candelabra · ut super fundamentum iam positum luceat ·
lux p̄dicatorum coram hominib; · iam eos inluminatos sequantur
subdiaconi · ut possit p̄dicatorum ordo dicere · sapientiam loqui
mur inter perfectos · Euangelium illis iungatur · in quo est decla
rata perfectio · Si uis inquit perfectus ēē · uade uende om̄a ·
& reliqua · Ip̄s & sibi coniuncti · euangelium sequantur · iuxta
illud euangelium · Si quis uult post me uenire · abneget semet
ipsum · & tollat crucem suā & sequatur me · Ante oculos ha
beat sepissime episcopus · quod in mente semper oportet retine
re · Septem ꝓphetę siue diaconi sunt in ministerio · quia septem
pliciter diuiditur scriptura inter nouum testamentū & ue

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_msclit132/0177